

Franckesche Stiftungen zu Halle

Rector Academiae Lipsiensis Ad Solennia Pentecostalia Sacra Oratione Latina Pie Celebranda Qva Decet Hvmantate Invitat

Goetze, Elisabeth

[Leipzig], [1712?]

VD18 13541374

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-200682

Damasc. L. II.
de fide c. 18.



PIRITVM S. δυνάμιν ΑΓΙΑΣΤΙΚΗΝ
ἐνυπόστατον virtutem sanctificatricem
substantialem vocat Damascenus,
quemadmodum et eundem τελειωτι-
κὸν esse, hoc est, perficiendi atque in-

L. 34. Thef.
P. 352.

Christiani. Ita Cyrillus τὸ ἀγιαστικὸν et τελειωτικὸν
eius coniungens: Ἀυτὴν γὰρ ἐκείνην τὴν ἐκ πατρὸς Φυ-
σικῶς προϊῶσαν δυνάμιν ΑΓΙΑΣΤΙΚΗΝ, τὴν τοῖς ΑΤΕ-
ΛΕΣΙ Τὸ ΤΕΛΕΙΟΝ παρεχομένην, Φαμέν εἶναι τὸ πνεῦ-
μα τὸ ἅγιον. h. e. Ipsam illam virtutem, quae a Patre
cum participatione naturae procedit SANCTIFI-
CANTEM, IMPERFECTA quae PERFICIT,

Thef. 13. p. 135.

Spiritum S. esse dicimus. Neque absimile est quod i-
dem habet alio loco: ἐκὼν ΤΕΛΕΙΩΣΙΝ ἐξεικονισμῷ
πρὸς τὴν Θεῖαν ἰστίαν ἢ τὸ πνεύματος μετὰ τῶ ἀνθρώ-
πῳ χαρίζεται. PERFECTIONEM igitur imaginis
naturae diuinæ spiritus participatio homini largitur.

De Opif. Mun-
di L. I. Bibl. P.
P. Graec. p. 357.

Id quod paulo luculentius exponens Zacharias Mity-
lenaeus, πνεῦμα δὲ Θεῶν ἐστὶ, inquit, τὸ ἐμπνέον πάσαις
ταῖς λογικαῖς καὶ νοεραῖς ἰστίαις, καὶ τὸ ΤΕΛΕΙΩΤΙΚΟΝ,
τῆς τῶν ὑποστάσεως: diuinus vero Spiritus est, qui o-
mnibus aspirat rationabilibus et intelligentia praeditis
creaturis, et quod illorum naturam PERFICIT. Vt
mentem autem Patrum Graecorum de illo negotio
percipiamus penitus, obseruandum est in ea fere illos
sententia fuisse, quod homini primum de puluere ter-
rae formato atque animato, per afflatum illum Dei
quem in historia creationis commemorat Moses, ipse
quoad substantiam Spiritus sanctus fuerit datus,
qui vitae in ipso Spiritualis, autor esset atque Dux:
quo per primum peccatum amisso necesse fuerit, ad
instau-

instaurationem atque τελείωσιν hominis lapsi atque cor-
 rupti, eundem Spiritum, qui esset πνεῦμα τελειωτικόν,
 per Christum restitui. Audiamus eam in rem Docto-
 rum Ecclesiae Graecae unum atque alterum. Passim L. I. de ador.
 igitur Cyrillus inprimis istud argumentum tractauit: in Spir. T. I.
 cuius ecce verba ex libro de adoratione in Spiritu : P. 9.
 ἐπειδὴ δὲ τοῖς τῆς ἰδίας φύσεως λόγοις τὸ ζῶον ἀπῆρτιστο
 τεχνουργήτος Θεῷ, κατεπλάτει παραχρῆμα τὴν πρὸς αὐτὸν
 ὁμοίωσιν. ἐνεχαράττετο γὰρ αὐτῷ τῆς Θείας φύσεως ἡ εἰ-
 κὼν, ΕΜΟΤΣΗΘΕΝΤΟΣ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ,
 αὐτὸ γὰρ ἐστὶν ἡ πνοὴ τῆς ζωῆς, ἐπεὶ τοι ζωὴ κατὰ φύσιν ὁ
 Θεός. ΠΑΛΛ. ἀρ' ἐν ψυχῇ τῷ ἀνθρώπῳ τὸ Θεῖον ἐγένετο
 πνεῦμα; ΚΥΡΙΛ. καὶ πῶς ἂν ἄτοπον κομιδῇ τὸ τῆδε νο-
 εῖν; ἢ γὰρ ἂν ἀτρέπτος καὶ αὐτὴ πρὸς διαμεμῆνηκεν ἡ ψυχὴ.
 h. e. Postquam ex propriae naturae indole animal istud
 absolutum fuit ab opifice Deo, similitudine Dei statim
 ditatum est; impressa enim ipsi divinae naturae est ima-
 go, INSUFFLATO (in nares eius) SPIRITVS.
 Ipse enim VITAE est SPIRACVLVM, siquidem
 natura sua vita est Deus. PALL. Deine igitur
 Spiritus hominis factus est anima? CYRILL. Quo-
 modo vero absurdissimum non sit ita statuere. Certe
 enim ita si esset, immutabilem persistere animam oportu-
 isset. Paulo post idem addit: ἀμαθὲς ἂν ἄρα τὸ εἰς ψυ-
 χὴν οἰεῖσθαι μεταπεπλάσθαι τὸ πνεῦμα, καὶ εἰς ἀνθρώπῳ με-
 ταχωρῆσαι φύσιν. ἀλλ' ἐψυχῆτο μὲν τὸ πλασθεγγέν ἄρ-
 ρήτῳ δυνάμει, κατεκαλλύετο δὲ παραχρῆμα τῇ τῷ πνεύ-
 ματος δόσει. ἦν γὰρ ἔτι τῶς τὴν Θεῖαν ἡμᾶς εἰκόνα δό-
 νασθαι πλαστεῖν. Stultum igitur fuerit existimare Spi-
 ritum Sanctum in animam esse conuersum, et in hominis
 transiisse naturam: quin potius id quod finxit Deus inef-
 fabili virtute fuit animatum, id vero mox Spiritus S. mu-
 nere decorauit. Neque enim alia ratione diuina imagine
 poteramus ditari. Plura eius generis ex Cyrillo, inprimis

P. 532.
P. 344.

Thef. l. 34.
P. 344.

L. V. contr.
Eunom. p. 118.

IV. de Trinitate nec non ex Thesauri libro XXXIV, si opus esset, possent allegari. Eadem sententia est Gregorii Nazianzeni in Oratione XXXVI. vbi duplicem illius Dei in Adamum inspirationis agnoscit virtutem, eamque praecipuam, qua Spiritus S. ei fuerit infusus. Quemadmodum vero ita Spiritum S. quoad substantiam suam primis hominibus per insufflationem diuinam datum agnoscebant, atque eo ipso imaginem diuinam eos indeptos statuebant, quod participatione spiritus S. Deo conformes redderentur, quandoquidem, vt loquitur Cyrillus, κατ' εἰκόνα Θεῶ τὸ τεχνηθὲν ἐποιήθη ζῶον, ὡς διὰ τῆς μετεστίας τῆ πνεύματος πρὸς αὐτὸν μεταφωμένον; ita per lapsum Spiritu S. atque adeo imagine diuina amissa, instaurationem hominis fieri censuere per restitutionem Spiritus S. amissi, cuius initium factum sit per insufflationem Christi, qua ille discipulis suis ἐνεφύσησε, a quibus ille Spiritus inde in totam Ecclesiam dimanauerit. Audiamus magnum Basilium: πνεῦμα γὰρ τὸ ζῶν, λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, ζῶσα δύναμις, καὶ θεῖα φύσις, ἀρρήτος ἐξ ἀρρήτου σώματος πεφηνυῖα, ἀρρήτως κατὰ τὴν ἐμφύσησιν εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀπεσταλμένη, καὶ κατὰ τὸν σωματικῶς ὑπὸ τῆ Χρυσῆ δειχθέντα τύπον αὐθις ὑπ' αὐτῆ δι' ἐμφύσησεως ἀποκαθισταμένη. συντρέχειν γὰρ δεῖ τῇ κατ' ἀρχὴν καινότητι τὴν νῦν ἀνακαινισιν, καὶ τὴν συνδρομὴν ἐξετύπωσεν ἂν ἐμφύσησας, ἢ ἕτερος ὢν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐμφύσησαντα, ἀλλ' αὐτὸς δι' ὃ Θεὸς ἔδωκε τὴν ἐμφύσησιν, τότε μὲν μετὰ τῆς ψυχῆς, νῦν δὲ εἰς ψυχὴν &c. h. e. Spiritus cum verbo viuente constitutus est ad creandum, virtus viuia, et natura diuina, ineffabilis ex ore ineffabili procedens, et ineffabili modo per insufflationem in hominem immissa, atque per figuram corporaliter a Christo demonstratam restituta. Conuenientia enim intercedat oportet inter

inter id quod nouum ab initio fuit, et renouationem quae nunc fit. Illamque conuenientiam expresse (Christus) insufflando, ut qui diuersus non esset ab eo qui ab initio insufflauit, sed idem cum eo per quem Deus dedit insufflationem, tum quidem cum anima (quae scilicet dum insufflaret existere inciperet) nunc vero in animam. Ea- Dialog. L.VII.
dem plane doctrina Cyrilli est: Sic enim ille de Spiritu S. quem insufflatione primus homo acceperat, per lapsum amisso: διανευεκότος γὰρ τῆ ζωῆς πρὸς τὸ πλημμελές, καὶ τὴν εἰσποίητον ἁμαρτίαν ἐκ τῆς εἰσάπαν φιλοσαρκίας ἡρώς ηὐκός, τὸ πρὸς θεϊαν εἰκόνα διαμορφῶν αὐτόν, καὶ σημαντὲς δίκην ἀπορρήτως ἐντεθεμένον ἀπεννοσφίζετο πνεῦμα etc. h. e. Cum ad improbitatem deflexisset hoc animal, peccatique adscititii morbo, propter omnimodum carnis amorem aegrotasset, ipse ille Spiritus, qui ad diuinam imaginem eum formabat, eique instar sigilli occulto quodam modo erat impressus, ab illo recessit etc. Atque haec quidem de amissione illius Spiritus: mox de restitutione addit: ἐπεὶ δὲ ὁ τῶν ὅλων γενεσιουργὸς ἀνακομίζειν ἤθελεν εἰς ἐδρεσιότητα καὶ εὐκοσμίαν τὴν ἐν ἀρχαῖς τὸ διολιθίσαν εἰς φθορὰν, παρέσημόν τε καὶ ἀκαλῆς διὰ τὴν εἰσποίητον γεγονὸς ἁμαρτίαν, ἐνῆκεν αὐθις αὐτῷ τὸ ἀποφοιτῆσάν ποτε θεῖόν τε, καὶ ἅγιον πνεῦμα, μεταποιῶν εὖ μάλα πρὸς τὴν ὑπερκόσμιον εἰκόνα, καὶ πεφυκός, καὶ δυνάμενον, διὰ τὸ πρὸς ἰδίαν ἡμᾶς μεταρρύθμιζεν ἐμφέρειαν. Postquam vero omnium conditor ad soliditatem decorumque pristinum renocare constituit id quod ad corruptionem prolapsus fuerat, atque labe infectum foedumque propter peccatum contractum euaserat, rursus ipsi immisit qui discesserat olim diuinum sanctumque Spiritum, qui ipsum ad supracoelestem imaginem reformaret, aptus ad hoc natus potensque, dum nos ad suum instinctum dirigeret. Quod quomodo facere

A 3

Christus

f. 30

Dial. 4. de
Trin. p. 532.

Christus instituerit plenius explicat alibi, ubi postquam exposuisset, ut in prima creatione communicatum Spiritum S. homo acceperit, pergit: *τοι γάρ τοι καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς ἐξ ἡμῶν ἔ παλαι, καὶ ἐν ἀρχαῖς, ἀγαθὸς τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἐνέων, πάλιν αὐτὸν εἰς ἐκείνο μετασχοίαν ἡπείγετο, καθάπερ διὰ πηγῆς ἔ ιδίῃ πληρώματος ἐνέεις τε καὶ λέγων λάβετε πνεῦμα ἅγιον, τῷ διὰ σαρκὸς καὶ ἐμφανέσῃ φύσιν τὴν ἑ πνεύματος φύσιν εὖ μάλα σκιαγραφεῖν. Quo circa cum homo est factus unigenitus ille, naturam humanam pristino atque primaeuono bono destitutam inueniens, rursus illum ad statum illum bonitatis reformare properabat, veluti ex fonte propriae suae plenitudinis (Spiritum) immittens, atque dicens: accipite Spiritum Sanctum: carnali et in sensus incurrente insufflatione, spiritus naturam praeclare admodum adumbrans. Breuiter vero rem*

T. VII. Opp.
Chryf. ed. In-
vit. p. 613.

omnem complexus est Seuerianus Gabalitanus in quinta oratione de opificio mundi, his verbis: *ἐν ἐμφύσησεν ὁ Θεὸς εἰς τὸ πρόσωπον ἔ Ἀδὰμ πνοὴν ζωῆς. ἐν ἐμφύσησεν ὁ Χρῆστος εἰς τὰ πρόσωπα τῶν Ἀποστόλων καὶ λέγει λάβετε πνεῦμα ἅγιον ὃ ἀπώλεσεν ἐν ἐμφύσματι ὁ Ἀδὰμ, ἐν ταῦτα ὁ Χρῆστος ἀπέδωκε, καὶ ἐγένετο πάλιν ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Insufflauit Deus in faciem Adam spiritum vitae. Insufflauit Christus in facies Apostolorum et dixit, accipite Spiritum S. Quod Adam amisit insufflatum, heic Christus restituit, factusque rursus est homo in animam uiuentem. Eodem modo Θεολογεῖν deprehendas Christianum Sophistam, Procopium Gazaeum, in Eclogis ad Genesin, ex quo, quod Graeca eius lucem non adspexerint hactenus, si quaedam excerptamus id ingratis lectoris nos haut facturos esse confidimus. Ille igitur ad verba Moysi: *et insufflauit in faciem eius flatum vitae* ita est commentatus:*

ἔξ

ἐξ ἀρχῆς δὲ τὸ ζωτικὸν ἅμα τῷ Θεῷ συνεισῆει πνεύματι,
 ἵνα ἢ κατ' εἰκόνα Θεοῦ τὸ πνεῦμα, ὡς ἐν ἐκάτερον δεξάμενον.
 τὸ γὰρ νοερὸν ἡμῶν ἀδύνατον χωρὶς Θεοῦ πνεύματος εἰ-
 κόνα εἶναι Θεοῦ etc. *Sub initium autem vita una cum di-*
uino spiritu intrauit, ut opificium haberet imaginem Dei,
quippe quod unum cum altero accepisset. Pars enim
nostra intelligens ut sine spiritu Dei imaginem diuinam
habeat fieri non potest. Illis explicandis inseruiunt
quae ibidem habentur: et quibus de restitutione spi-
tus illius amissi agitur. τὸ γὰρ μεταδιδόμενον ἐκ Θεοῦ
πρὸς οὐλόωσιν ἄγει ἔκ μεταδόντος ὡς οἱ παρὰ Χριστοῦ δε-
ξάμενοι ἔκ ἁγίου πνεύματος τὴν ἐμφύσησιν εἰκόνα. Φορᾷσιν
αὐτῷ. αἰδῶς ὑπερβυμέν ἐπεὶ φιλωθῆναι συνέβη ἔκ πνεύματος
τὴν ψυχὴν, τὸ πνεῦμα εἰς τὴν ψυχὴν ἐμφυσᾶται. Scilicet qui a
Deo datur (Spiritus) ad similitudinem dantis adducit.
Quemadmodum qui a Christo insufflationem Spiritus S.
acceperunt, imaginem gestant eius. Nam postea
quidem postquam priuari animam spiritu conti-
tigit, spiritus insufflatione ei est communicatus. Ad-
damus et ista: καὶ τὸ τό ἐστιν ὁ ἁγιασμός, ὡς ὁ σωτὴρ ἐν-
φύσησεν ἁγίον πνεῦμα. δέικνυται δὲ ἡ ἐξ ἀρχῆς διὰ Θεοῦ λόγος
δημιουργία εἰς ἀνακρίνωσιν ἀγομένη ἔκ ἐτέρως, ἢ διὰ τῆς νῦν
τῷ σωτῆρος ἐμφυσήσεως, ὅς καὶ σωματικῶς ἐνήργησε τὸν
τῆς σωματικῆς ἐμφυσήσεως τύπον. Et haec ipsa (insuffla-
tio) sanctificatio est, quemadmodum et Saluator insufflauit
Spiritum S. Liqueet vere primaeuum Verbi opificium non alio
modo ad renouationem esse perductum, quam per praesentem
Saluatoris insufflationem, qui etiam modo corporali dedit cor-
poreae insufflationis figuram. Verum displicere huius Theo-
logiae principia et fundamenta Augustino: in libro enim II.
de Genesi contra Manichaeos: nondum spiritalem hominem
debere nos ait intelligere, in prima creatione. Tum enim,
inquit, spiritualis effectus est, cum in paradiso hoc est in beata
vita constitutus, praeceptum etiam perfectionis accepit. Imo
 seuerius

f. 30

seuerius etiam illam Graecorum doctrinam perstringit
in praeclaro de ciuitate Dei opere. Vnde, inquit,
L. XIV. c. 74. et illud parum considerate quibusdam visum est, in eo quod le-
gitur: Inspirauit Deus in faciem eius Spiritum vitae: et fa-
ctus est homo in animam uiuentem: non tunc animam primo
homini datam; sed eam, quae iam inerat, Spiritu S. uiuifi-
catam. Et sane id quidem Augustino facile concedendum,
Deum insufflantem ipsam animam hominis produxisse, id e-
nim negare non patitur coniunctio verborum Moysi qui ex illo
ipso actu diuino factum esse ait ut homo esset anima uiuens.
Sed id tamen etiam negari contra Graecos nolim, eam ani-
mam Deum Adamo inspirasse, quae sedes esset Spiritus S. e-
iusque donis ornata corpori humano praeset: cum antiquis-
Sap. VII, 22. simae sapientiae verum principium sit πνεῦμα Θεῷ νοεῖν
23. διὰ πάντων χωρεῖν πνευμάτων νοεῖν καὶ φανερῶν: Spiritum
Dei intelligentem, omnes penetrare spiritus intelligentes pu-
Dè Opif. Mun- ros. Quibus Sapientis Iudaei dictis egregie cum istis Zacha-
di T. I. Bibl. riae Mitylenaei conuenit πνεῦμα τὸ θεῖόν ἐστι τὸ ἐμπνέον πά-
P. P. Gr. p. 357. σαις ταῖς λογικαῖς καὶ νοεαῖς ὁσίαις, καὶ τὸ τελειωτικὸν τῆς
τῶν ὁποσάσως Spiritus diuinus est qui inspirat omnes ra-
tionales atque intelligentes naturas, earumque perficit essenti-
am. Age igitur, ut Spiritus illius, per Christum restituendi,
atque praedicatione Apostolorum Christi, qui primitias eius
acceperant, in omnes deriuandi fideles, participes simus, fide
pura, in vita sancta efficaci, operam demus. Hoc studio can-
dida nobis erit dies ista qua Spiritus S. solennia ex vetere Ec-
clesiae instituto nobis sunt obeunda. Accendet nobis ad id
animos pia et erudita oratione, quam ex umbone templi Pau-
lini, crastina die, quae est festi maxime solennis, Hora XII. de
discrimine donorum Spiritus Sancti in Veteri pariter ac Nouo
Testamento distributorum recitabit clariss. Iuuenis FRIDE-
RICVS WILHELMVS EICHEL, Lipsiensis, ad quem
beneuole audiendum ut frequentes adesse velint VTRIVS-
QUE REIP. PROCERES, nostraeque CIVES hu-
manissime inuitantur. P. P. Vigiliis Festi
Pentecostes A. cdo Idcc XII.

LITTERIS GOEZIANIS.